CONCLVSIONES IVRIDICAE.
EX
DIFFICILI ET FREQVENTISSIMA PRIVATORVM DELICTORVM MATERIA,

Quas
Adiuuante Iehouâ,

PRAESIDENTE
HENRICO ANDREA Kranich/ *VVARSTENIO VVestualo, in illustri Acad. IVLIA, 2. April. horâ & loco consuetis defendendas suscipit,*

EASDEMQVE
STRENVIS, ANTIQVA NOBILITATE ET VIRTVTE, NEC NON AMPLISSIMA DIGNITATE maximè conspicuis viris, Dn. EMERICO à Carben: Et Dn. CVNRADO Löw à Steinfordt: &c. Dominis, patronis & fautoribus summâ obseruantiâ perpetuùm colendis:

NEC NON
INTEGERRIMO VIRO CONRADO Windecker/ PATRI suo charissimo,

D.D. & offert
ADAMVS REINIGIVS.

HELMAESTADII,
Ex officina IACOBI LVCII, Anno 1603.

DE PRIVATIS DELICTIS.

CONCLVS. I.

DELICTVM in genere nobis A) nihil aliud est, quàm factum B) quo quis contra ius C) alterum lædit, læsoq; se ad pœnam obligat D.)

a) arg.§.1 I.de O.quæ ex del. t.t. de nox. act. l.1. 2.de priu. del. b) quod omnium delictorum communis est materia, siue dolo, siue negligentia illud sit illatum.arg.l.7.§.9.de pact. l.1.§.1. de dol.mal. iunct.l.38. de admin.tut. l.175. de V.S. & sic dolus censeri debet inclusus in ea specie, in qua delictum est. At etiam verbis delinquimus. *tt. de iniur? R. ex l. 5. l.175. de V.S. c) §.3.I.de I.& I.l.3.ff.e. d) arg.l.6. vbi Dn.præceptor Gœd. de V. S. l.1.C.de Sic. l.2. §.13. de O. I. l.20. de iud.* At ex delicto publico non nascitur obligatio? *arg.§.1.I.de O. quæ ex del. iunct. §.1.de pub.iud. R. neg. Sicuti n. ex delicto priuato priuata; ita ex publico publica nascitur obligatio. conf.Cuiac. 8 obs.33. D.Borch.Mynf.VVes.ad §.1. de act. & ad sepius d. §.1.*

2. *Hîc multùm mihi vacillare videntur Gloss. A) & Ioan. Robertus B,) qui delictum, maleficium & crimen inter se differre, vt genus & species C,) scriptitant: cùm passim in iure confundantur, & pro eodem accipiantur D.)*

a) in auth.quæ in prouincia. verb.deliquit. C.vbi de crim. ag.op. b) lib. 1.animad.6. MOVENTVR. *1. l.1.§.1. de pœn. l.29.v.ideo.de statutib. 2.Inscriptione tit. de priu.del. & pub.iud. c) q.delictum sit specialius, crimen v. generalius: illud de crim. tantum priuato, vt est furtum &c.dicatur: Hoc v.& priuata maleficia, publica & extraordinaria comprehendat. d) l.7.de cust.reor. l.1. l. 41. de pœn. §. 1. I. de O. quæ ex del. & tit. C. ex del. def. Quæ n. ibi traduntur ad omnia crimina spectant, etiam publica, teste Damhaud. in prax. cri.* Imò *ipse Rob.4.sen.10.has voces confundit.V.Ant.Merc.*contra *Rob.d.lo.*

3. *Delicta sunt vel publica, vel priuata A): Publica statum offendunt publicum: & legib. publicorum iudiciorum B) ita sancita, vt de ijs publica sit accusandi forma & certa pœna: cuius executio plerunq; C) cuiq; de populo datur.*

a) Iure Canonum omnia crim.publica esse affirmant Dd. sed sine text.

v.Clar.

v.Clar.5.sent.q.1.§.1.n.6.& ibi all. b) *l.1.de pub.iud.l.3.de prauar. Duar.1.disp.73. Cuiac.8.obs.33. Rob.4.sent.10. Diss.Dd. variè, quos V. apud Dn.Goed.p.3.disp.13 pr.* c) *dixi plerunq;, quia licet adulterium sit iudicium publ. d.l.1. tamen coniunctis solummodo & necessariys permittitur personis l. 30. C. de adult. Klock. ad l.18.C.de transact. p. 2. c. 2. vide variantes. VVes. in par. ff. de adult. n.10. Cuiac.20.obs.22. & in not. post. ad h.t. n.3.fol.(mihi) 279.*

4. *PRIVATA A) priuatam habent agendi formulam, nec aliquâ lege publica effecta sunt B.)*

a) *quorum duas solummodo hâc disputat.excutiemus species, vt est* furtum & rapina. b) *Dd.dd.loc. Gomez.3 resol.1.n.1. vsq; ad n. 10. Clar. ad d.q.1.§.1. qui secundum communem tres proponunt regulas, quib. publica à priuatis distinguantur: sed istis regulis vtriusq; differentia non satis enunciatur: nec ista sunt perpetua. Imp.n.si quis maledicat, non continuò est delictum publ; sed iniuria, atq; ita priuatum delictum, licet offensio tendat in principem. l. 7. §.p.ad L.Iul. Maiest. Cùm etiam tit.C.si quis Imp.maled. seiungatur à tit. C.ad L.Iul.Mai. Sic famosus libellus, si detur aduersus ciuitatem, nec vllius nomen expressum sit, omnibus ex ciuitatib. censetur facta iniuria, adeò vt cuilibet competat accusatio, & quidem publica ex SCto. l.6. de iniur. attamen priuatum manet delictum. d.l.6. V. Gomez. Clar.dd.lo. Menoch.cas.377. n.14.*

5. *Ex vtroq; datur actio vel ciuilis vel criminalis: illâ ad commodum priuatum principaliter: Hâc verò ad pœnam corporalem vel pecuniariam non actori; sed fisco applicandam, agere dicimur.*

Confer Delrio. ad d.l.18.n.8. & seqq. vbi multas refert opin. Marant.p. 4. dist.1.n.1. Rob. 4.sent.9. Duar.1.dist.35. Gail.1.obs. 65.n.2. Clar.5.sent. §.fi.q.1. V.Accurs.vacillantem in l.22.C.de Ep.& Cler. & in l.3. de sepul. viol. l. 5. de iniur. Et diss. Dd. variè, adeò vt Salicet *in l.1.de sepul. viol.* inficietur, hîc aliquid certi statui posse. *V. Menoch.2. A. I.Q. cas. 265. Borch. ad §. 10. I.de iniur. Zanger. de except.c.1.n.8. cum 8.seqq.*

6. *Delinquere possunt omnes vtriusq; sexus homines, tàm liberi, quàm serui, & omnes, in quos potentia patrandi aliquid iuri contrarium cadere potest A.) Quid autem de furioso B?) Quid de lunatico C?) Quid de brutis D) dicem9? Planè diuersum.*

 a) l. in

a) 1. in criminibus n. non iuris ciuilis sequimur subtilitatem; sed naturam, quæ vult, vt vbi noxa, ibidem pœna luatur, caputq; noxa sequatur, l. 2. C. de pœn. §. 1. I. de nox. act. 2. Neq; in pœnarum tractatu caput & capitalis pœna de statu; sed de sanguinis intelligitur effusione, l. 18. C. de transact. l. 21. de noxal. act. l. 32. de R. I. adde l. 1. §. 2. de Sic. l. 3. de vi priu. l. 11. de publ. iud. l. 12. §. 4. de accusat. l. 7. §. 1. l. 9. vbi latè Ias. de iurisd. b) 1. quia propositum & animus delinquentis delicta distinguit. l. 53. de furt. l. 7. l. 14. de Sic. Menoch. cas. 329. 2. Imò furiosus ipso furore satis punitur. l. p. de parric. l. 3. §. 1. de iniur. l. vn. C. si quis Imp. maled. 3. Quomodo reus constitueretur, qui nescit, quid faciat. c. 5. caus. 15. q. 1. c) quia in illis culpam non agnoscimus, cùm naturali ignorantiâ ac imbecillitate peccet. Cl. 1. de homic. l. 43. §. 6. Gail. 2. obs. 110. n. 30. Br. in l. p. de parric. Tiraq. de pœn. caus. 5. n. 10. Lemnius 2. de occult. nat. mirac. c. 5. d) quia neq; animum neq; culpam habent delinquendi. dd. text. c. mulier. 15 q. 1. Dd. in l. 3. de iurisd. Gregor. 31. syntag. 2. n. 12.

7. *Quid, anné etiam furor superueniens delicti adfert impunitatem? Hoc nusquàm relatum, nec vsquàm receptum.*

arg. l. 14. de offi. præsid. l. p. de parric. l. 3. §. 1. de iniur. l. 11. C. de accus. l. 14. C. de pœn. l. 1. in pr. de pœn. l. 21. de iniur. l. vlt. §. 5. C. de curat. fur. l. vn. C. si quis Imp. mal. d. c. 5. conf. *Menoch. cons. 82. & de A. I. Q. cas. 325. n. 12. Vand. 2. q. 7. Couar. in cl. si furiosus. p. 3. n. 2 Vasq. ill. contr. c. 96. n. 31.* Al. *Gail. 2. obs. 110. n. 22. Fach. 9. q. 3.* Nec enim furor superueniens præcedentem tollit obligationem. *l. 8. ff. de his qui sui vel al. iur. l. 70. §. 4. ff. de fideiuss.* Et licet de consuetudine *furiosus ob delictum ante furorem commissum regulariter non puniatur, in atrocissimis tamen secus est: vbi etiam furiosus propter exemplum puniri potest, teste Gail. d. lo.* Sic quandoq; pecora rationis inexpertia morte plectuntur, non propter conscientiam peccati; sed qa refricant indignam facti memoriam. *c. 3. & 4. caus. 15. q. 1.* Consentit *S. scriptura Exod. 21. v. 28. Leuit. 20. V. Dd. variantes in l. 9. C. qui test. fac poss.*

8. *Confragosæ quæstionis est, an vt quis ob malignum consilium de delicto aliquo committendo teneatur, necessarium sit, consilij authorem etiam auxilium tulisse; an verò satis sit mandatum esse opemúe latam aut solummodo consilium datū? Posterius, si modo factū secutū A,) contra plerosq; B) defendemus:*

a) 1. arg. l. 53. de V. S. vbi verba, *ope, consilio,* disiunctim, non coniunctim

iunctim accipienda, *teste Dn. Gædd. ibid. n. 16. & seqq. l. 36. l. 50. §. 1. & seqq. l. 52. pr. §. 19. l. 54. §. p. de furt. l. 1. §. 3. de seruo corrupt. 2. Et idem est ipsum damnum dedisse siue factum perpetrasse, & causam damno factione præbuisse, l. 11. pr. §. 3. de iniur. l. 30. §. 3. ad L. Aq. 3. Deinde faciens & consentiens eâdem peccant malitiâ & temeritate, nec in fine dissentiunt: ideoq; etiam de eodem tenebuntur delicti genere. Br. in d. l. 11. §. 3. Felin. in c. 1. de off. deleg. Imò improbum consilium dans rem tractat illicitam & malignitatem spirantem. Felin. in d. c. 1. 4. Et nihil interest inter consilium, persuasionem, instigationem & instructionem, quoad effectum. Ias. Bl. in l. 1. de seruo fugit. & Dd. in l. 20. C. de furt. Ergo vbi eadem atrocitas delicti; ibi idem etiam delicti nomen. Clar. 5. sent. §. fi. q. 88. & seqq. P. Peck. post Dynum in c. 62. n. 24. & seqq. de R. I. in 6. Dec. in l. 35. de R. I. b) Don. 15. comm. 29. pag. 465. Pac. in not. ad §. 11. h. & 4. ἐναντ. 52. & al. quos vide apud dd. Dd.* Mouentur *d. l. 53. §. fi. de V. S. §. 11. in f. I. h. l. 36. ff. e. quas conciliat Dn. Gæd. ad d. l. 53.*

9. *Idemné dicemus de eo, qui consilium alicui postea ex longo interuallo delinquenti dedit? Idem, A) nî nimis longum B) intercesserit tempus.*

a) Felin. & Panorm. in c. 12. de homic. Peck. in d. c. 62. de R. I. in 6. b) vt in d. l. 22. C. de pœn. quæ agit de decennio, & quidem in fauorabili causa: Hæc a. quæstio respicit saltem aliquot menses vel annum, & sic odiosa. In hac n. re cautum esse iudicem oportet, qui diligenter omnes circumstantias examinabit; quia fortasse nominatim reuocauit consilium, & expresse prius illud dissuasit, quod si fecerit, meritò excusabitur.

10. *Exinde etiam quæritur, an mandans, suadens, vel consilium dans, aliâs spontaneâ voluntate facturo, æquè obligetur, ac si non facturo? Quod affirmamus.*

1. Quia suadere & dare consilium est opem ferre, teste Br. in l. 11. §. 3. n. 17. de iniur. 2. Nec laudando malitiam augeri oportet. l. 1. §. 3. 4. 5. de seru. corr. vbi & Ias. n. 22. Peck. in d. c. 62. de R. I. in 6. Felin. ad c. 1. de off. deleg. Clar. 5. sent. §. f. q. 89. n. 1. per l. 1. §. 13. ad Turpill. l. 12. de adult. l. 53. in f. de V. S. Diss. *Dd. comm. per d. l. 11. §. 3. §. 6. verb.* aliâs nolenti. R. 1. *In d. l. lectionem esse diuersam: In vulgar. & Noricis exemplarib. vulgò legunt* volenti, *& in archetypo F. videtur litera N conuersa, atq; ita nihil obstaret. Gl. ibid. subintelligit verb.* maximè. *2. Deinde Vlp. in d. §. non docuit quæstionem propositam;*

 sed de-

sed decisam confirmat authoritate Atilicini, eaq; vtitur non taxatiuè; sed demonstratiuè, ideò alterum illum casum, propter rationis paritatem, quæ non cessat, etiamsi facturus fuisset, non exclusit. 3. Quod in f.d.§.3. scriptum, pendet ex antecedentibus: At in praeced. nulla adhibebatur talis distinctio. Ergo nec in fine. Neq; Vlp. vt distingueret authoritate Atilicini vsus est; sed vt decisa confirmaret. Absit igitur vt contra L. mentem distinctionem fingamus. Conf. Dd. ad d.l.11. An ratū habens de delicto teneatur? *V. Bald. ad l.4.§.2. de off. procons. gl. & Br. ad l.f. C. ad S.C. Maced. Clar. d.§.f. q. 87. n. 5. vbi distinguit: Alij indistinctè id affirmant.*

11. *Ambigi consueuit, an cogitatio aliquem delicti faciat reum? Quod in foro fori A) negauerim. B)*

a) Secus in foro conscientiæ, vbi Deus non homo præsidis officium agit. *Ezech. c. 18.* idem in hæresi. *l.f. C. de apost. & tot. tit. C. ne sanct. bapt. iter. Clar. §.f.q.91.* *b) 1. quia cogitationis pœnam nemo patitur; cùm hominis animus soli Deo apertus reperiatur. l.18. de pœn. l.1. quod quisq; &c. Clar. d.q.91. gl. ad l.5. verb. eadem. C. ad L. Maiest. Menoch. cas. 360. Hotom. 2. feud. 51. 2. Et cogitatio humana in mente retenta nihil operatur. c. 26. de sponsal. Cùm tantum in corde consistat, & iudicium humanum fugiat. 3. quia de ignotis non iudicat Ecclesia; sed solus Deus scrutator cordium intima hominis tribunali suo reseruat. V. Dd. dd. lo.*

12. *Cæterùm inter priuata delicta puimum locum obtinet* FVRTVM, *quod rectè à Iustin. A) definitur, contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratiâ, vel ipsius rei, vel etiam vsus ei⁹, possessionisue: quod lege naturali B) p̄hibitū est admittere.*

a) §.1 I.h.l.1.S.f.l.21.§.7.ff.eod. l.51. pro soc. Gom. 3. res. 5. Pinel. ad rub. C. de rescind. vend. p. 1. c. 1. n. 21. Couarr. ad c. peccatum p.2. §.1. n.1. de R.I. b) l.42. de V.S. Quia iure natura æquum est, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem. l.206. de R.I. §.3. I. de I. & I. l.14. de cond. indeb. Exod. 20. Naturali n. omnium gent. iure dominia sunt distincta, & agris termini positi. l.5. de iust. & iur. Ergo furtum naturâ turpe & ignominiosum: Licet *Ægyptij & Lacademonij ab hac ratione communi reflexerint, furtum nec manifestum maximè iuuentuti indulgentes, vt ad bellorum astutias ita exerceantur, teste Agell. 11. noct. Att. 18. V. Ant. Augnst. 4. emend. 4.* Diss. *Accurs. id l.1.h.t. & in d.§.1. I. e. Alciat. in d.l. 42.*

13. *Fur-*

13. *Furti duo ex lege Decemuirali reperiuntur genera; Manifestum & nec manifestum A). Illud quando fur cum re B) furtiua deprehenditur C), antequam ad locum destinatum eam transportauit: Hoc verò contrà D).*

a) *§.3.I.h.l.3.4.5.7.ff.e.* *b)* corporali mobili. *§.2. inf. I. de vsucap.l.77.eod. l.22.§.f.l.12.h.t.* *c)* siue id fiat in loco delicti commissi, siue extra eum. *§.3.I.h. l.3.§.3.eod.* In publico vel priuato, *l.5.h.t.* à domino vel alio *d.l.3.§.1.l.7.§.f.h. Cuiac.in not.h.* *d)* *l.3.cum seqq. h. §.3.I. eod. V. P. H. O. Carol. V.art.157. vers.* ehe er damit in seine gewahrsamb kommen etc. *D.Vigel. in M.const.Carol.c.8. reg.1. exc.1. repl.* *2. Plures diuis. Vide apud D.Gœdd. p.3. D.12. th.3. lit.f.*

14. *Ad furem manifestum vel solum visum A) sufficere B) contra plerosq; statuimus.*

a) *vtpote si fur visus sit à domino vel alio, qui metu mortis vel violentiæ se subduxit, & per rimas vel etiam aliàs alibi per fenestram inspexit, aut accurrens, vt apprehenderet, vidit, nec tamen apprehendit.* *b)* 1. *arg. d.§.3. ibi:* visus vel deprehensus &c. *vbi Iustin. distinguit visum & deprehensionem per partic.* V E L, *vt arguat sufficere alterutrum; ita tamen vt probari possit per testes.* 2. *Quia etiam raptor fur manifestus censetur, etiamsi non acclametur vel deprehendatur. l.80. §.3.h.t.* 3. *arg.l.35. h.t.gl. in l.3. h.t. Clar. d. §. furtum. n.2. D.Gœdd.p.3.D.13.th.3.lit. a.* contra *Balduin. in l.10. de cond. furt. Cuiac.11. obs. 38. VVes. in par. ff. n. 8. h. Schneid. in d. §. 3. n. 2. D. Ant. Matth. ad §.2.I.h.* Mouentur *l.7.§.2.h. l.4. §.1. 2. ad L. Aq. vbi acclamationis fit mentio. R. Sed hoc non eò spectat, vt inde fur manifestus à nec manifesto, diurno vel nocturno discernatur; sed vt impune liceat interficere effractorem vel furem cum telo. Dn. Gœdd. d. D. 13.th.3.*

15. *Furta domesticorum grauiora, eorumq; quibus res specialiter est accredita, acerbius vindicari A) contra Bart. B) & Dd. vulgò concludimus.*

a) 1. *arg.§.9.I. de publ.iud. vbi VVes. in Par. n. 8. l.7.l.17.C.h.t.l. 54. §.2. de acq.rer.dom.l.11.§.1.de pœn.* 2. *Prouerb.28. v.24. vbi is, qui subtrahit aliquid à patre suo, vel à matre, & dicit hoc non esse peccatum, particeps peccati est.* 3. *Imò proditionis speciem habet, quod à domesticis seu famulis,*

quibus

quibus omnia committimus, committitur: neq; pestis capitalior est amico familiari. c.1. dist. 93. l. 27. C. de donat. P. Greg. 37. syntag. 12. 4. *Et domesticos fures quis valebit effugere, ni eos seuerior, quàm alios à tanto facinore retrahat pœna? Dan. in eth. Christ. p. 2. c. 15. f. 255. D. Gœd. d. D. 13. th. 3. lit. f.* b) *in l. 41. v. quus v. act. si cert. pet. P. Foller. in pract. crim. can. p. 2. c. 21. n. 9.* Aliter *Alth. 1. I. R. 59.*

16. *Eum, qui se inuito domino rem contrectare putat, cùm dominus velit, furtum regulariter non committere, tradunt vulgò Dd.* A) *: Quibus num rectè obloquantur Forcatolus & Gœddæus, disputationis demonstrabit exercitium* B.)

a) Donel. 15. com. 29. D. Vultei. 7. I. R. 48. n. 88. D. Borch. ad §. 1. I. h. t. Pac. in Epit. iur. disp. 16. th. 8. in f. Mouentur 1. *arg. §. 8. §. 6. & §. 1. ibi fraudulosâ. iunct. l. nemo. 145. de R. I.* 2. *l. 20. ibi: quemadmodum sdum iuris regulas. C. h.* 3. *arg. l. 46. §. 7. ibi: is ergo solus &c. l. qui vas. 48. §. 2. ff. e.* 4. *ar. l. 1. §. vsq; 5. de iniur.* b) *Forcat. in Necyom. dial. 29. Dn. præceptor Gœd. p. 3. D. 13. th. 2. lit. e. & in prælect. ad §. 1. I. h. Couar. in c. peccatum. p. 2. §. 1. n. 1. de R. I. in 6.* Mouentur 1. *quia non inseruntur definitioni furti verba,* inuito domino. *§. 1. 8. I. h. l. 20. C. e.* 2. *quia animus & propositum delicta distinguit. l. qui iniur. 53. ff. h.* 3. *per d. l. 46. §. p. ibi: furtum me facere &c. ff. e. Licet non detur actio furti d. §. p. d. §. 8. I. h. Scienti enim & consentienti non fit iniuria neq; dolus. c. 27. de R. I. lib. 6. l. 11. de in ius voc. l. 3. §. 5. de lib. hom. exhib. Et actio furti non minus ratihabitione, quàm pacto tollitur ob id, quod instar mandati habeatur. l. 60. de R. I. c. 10. & ibi P. Peck. de R. I. n. 6. l. f. de cond. furt.* 4. *Quinimò ne quidem dominus sui consensus confessione, si nulla alia manifesta appareant consensus indicia, inquisitionem iudicis de furto impedire aut tollere potest. arg. c. 1. de collus. deteg. V. Menoch. cas. 298. n. 4. Schneid. ad §. 1. n. 7. I. h. Soar. lit. F. n 390. Gœd. d. lo.* Contra *Mynf. ad §. 8. n. 2. I. h. & alios.*

17. *Re à pluribus furto sublatâ, quam tollere singuli non potuissent, non vniuersi tantum; sed singuli in solidum furti tenebuntur.*

l. 21. §. f. h. t. l. 51. §. f. ad l. Aq. Quot enim delinquentium personæ sunt, tot etiam numerantur delicta. l. 9. de iurisd. l. 34. de iniur. l. 1. C. de cond. furt. l. 15. §. 2. quod vi aut clam, vbi regulariter dicitur, quod à pluribus fit, pro indiuiso singulos in solidum obligare. text. in l. 55. de admin. & peric. tut. l. 1. si fam. furt. fac. l. 32.

fac.l.32.ad L. Aq.arg.l.17.de interrog.in iure fac.l.6.arb.furt.caf. VVef.de pœn. n.6.& de furt.n.11. circa f. Hot.ill.q.33. Couarr.ad d.c.peccatum p.2. §.12. n.3. & 4. Oldend.7.act.6. Boss.in pr.crim. c.60. vbi vid. diss. qui mouentur *l.1.in f. l.2.l.3. de his qui effud. vel deiec. item l.4. de V.O. d.l.9.de iurisd. l.32.ad L. Aq. iunct d.l.1.§.1.si fam. furt fec. dic.*

18. *Variè quoq; disceptatur, an furtum in re minima, veluti subtracta gallinâ, vel etiam ouo intercepto, consistat? Aff.*

1. arg.§.16.vbi Dd. §.34. I.de rer.diu. l.3 §.1. commod. l.21.h. l 5.§ p.de acq.rer.dom.c.16. dist.1. de pœnit. arg.N.63.c.1.§ 1.I.de vi bon.rapt.vbi VVes. n.4.& in not. ad Schneid. d. §.16. & in pand. h.n.10. 2. Quia huic competit definitio furti §.1.I.h. l.1.§.f.eod. Nec enim res, sed mens & affectus furantis est considerandus. *teste Hier. apud Grat.in c.vlt.14. q.vlt. 3. Imò tanto fœdius & turpius est, propter rem minimam, existimationem & famam, quæ vita comparatur, lædere, corpusq; suum, quod templum Spiritus sancti esse deberet, teste Paulo, polluere, fœdare & in officinam Diaboli conuertere.* 4. Iuuat quod olim stoici peccata æqualia esse dixerunt. *Quod in essentiâ delicti verum; haud verò verum, quoad accidentia & pœnæ impositionem. Dd. ad d. §.16. Cic.* παραδ. *3.* Diss. *Couarr. 1.res.3.n.12. & ibid. alleg.*per *l.4. de in integr.restit.l.9.§.f.l.11. de dolo malo. R. Sed dd.ll.de extraord.loquuntur remedys seu act., quæ cùm etiam ipsam respiciant materiam ac causæ quantitatem, non dantur ob minimam summam: Secus in ordin.(vt in furto §.18. I.de act.) arg.c.p.14.q.f.§.1.I.h.t.l 53 ff.e. conf.Cuiac.in N. 90. Men.cas.72.n.13.*

19. *Vulgò Dd. A) tradunt inquisitionem rei furtiuæ in alienis ædibus fieri non posse: Nos authoritate magistratus, si non desint indicia probabilia B), fieri posse non dubitamus C).*

a) ad §.4.I.h. Abb.in c.6.h.t.Clar.5.sent.§.f.n.3. Mouentur *d.§.4.in fi. l.18. de in ius voc.l.103. de R.I. l.4.§.4.§.5. de damn. inf.l. 6.C. de metall. lib. 11. l. 2.vers. quid enim tam durum. C. quand. & quib quart. pars. l 21. ff. eod. b)* Imò etiam nullis extantibus indicijs in alieno perquirendi facultas, vbi publica versatur vtilitas. ab Imp. concessa est, *d. l. 6. C. de metall.lib.11. l.11.C.de aquæd. Dn.Gœdd.d.disp.13.th.5. lit.l. adde l. 1.§.3.de seru. fug. c) arg. §.4.I.h vbi D. Borch. & Schneid.n.2. Cuiac.ad Paul. 5.sent. 21. §.si cum furtum. Dd. in l. 2 C. de seru.fug.*

20. *Iure ciuili pœna furti manifesti, si agatur ciuiliter, est*

quadruplum eius, quod interest: nec manifesti duplum A): Si verò agatur criminaliter, pœna infligitur extraordinaria B). Ad mortem vsq; (præterquam in seruis C) pœnam processisse nusquam legimus, quicquid etiam dicant alij D).

a) §.5 I.h.l.22.§.2.l.27.ff.eo. moribus nostris vterq; pari plectitur pœnâ. *teste Obrecht. h.disp. th.16. b) l.f. h.t. c) l.p. vbi Goth. de cond. caus. dat.* conf. *l 3. stellionat. Obrech. h. th. 17. Menoch. 2. A. I. Q. cas. 295.* Quod tamen quadruplo à fure soluto haud obtinere verius est. *Gom. 3. res. 5.n.4. Cuiac.8 obs.33 per l.56. §.1.ff.h.t. d) V. Menoch. d lec. Clar. in d § furtum.n.9. Cuiac.9.obs.37. Alth.1.I.R.59.* Imò nec lege Mosaica capitalis constituta videtur. *Exod.22. Quamuis David 2.Samuel. 10. eam inter capitalia delicta referre videatur: Quem tamen pleriq; intelligunt, ita per indignationem loqui, non ex lege; aut certè attendere, quòd vis publica cum furto in eâ facti specie, quam Nathan Propheta proponebat, concurreret. D. Gædd. d D. 13. th 6. lit. e.*

21. *Omnibus quorum interest, licet domini non sint, competit actio furti A): modo ex honestâ causâ intersit B). Vnde concludimus furem nonnunquam furti agere posse C): regulariter non posse verissimum est D).*

a) §.13. I.h.t. b) l.12.§.1. h t. c) l.48. §.4. l.12. §.p.ff.h.t. Paul.2. sent.31. §. rem pignori & § conceptum. facilè n. tolerantur, quæ speciem boni principij obtinent. *l.10. de neg gest. d) l.14.§.4. l.76. §.1. h.* conf. *Cui 11 obs 11. & 16. obs 30. & in not. I. ad d.§ 13 h. & in Ant. Merc. lib.2.c.28. & Rob 2.rec.lect.9.& in contr.lib.2.c.28.& seq. D. Gædd. d.D 13.th.4. Aug.1. emend. 3.*

22. *Patri nomine surrepti filijfam. actionem furti competere certum est: An & ciuilis, quâ duplum vel quadruplum eius, quod interest, consequimur? Quod, vel Accurs. reclamante A), dixerimus B).*

a) ad § 9 I.h t. Br. ad l.14.§.13.h.t. quia liberum corpus nullam recipiat æstimationem. §.1.I de obl quæ ex q del. b) arg.l 14 §.13 l 38 h. t. l 25. ad L. Aq. Duplicantur n operæ & damna, quæ pater sustinuit, qui licet

non

nonpropriè; largo tamen modo habet in filium dominium & possessionem, *vt liquet ex eo, quòd de iure Rom. rei vindicationem habet. l. 1. §. 1. de R. V. gl. in d. §. 9.*

23. *Furti etiam teneri eum, cuius ope, consilio* a) *furtum factum, ex superioribus constat: Quid autem si opem ferens aut consilium solummodo dans, rem ipsam non contrectarit, tenebiturné condictione furtiua? Hìc negatiuam cum Dn. Gœdd.* b) *contra Cuiac.* c) *tutare tentabo.*

a) *quæ verba disiunctim, non coniunctim accipienda esse diximus supr. th. 8.* Cùm furti pœna hodiè capitalis sit; quærunt Dd. an in eos etiã extendenda, qui tantũ consilium dederunt, aut opem tulerunt? *videbimus. l. 15. ad L. Corn. de sic. l. 8. de adult. l. 5. §. 6. C. maiest. l. 34. vbi Br. h. t. Schneid. ad § 9. n. 10. 11. I. h. & ibi VVes.* b) *ad d. l. 35. n. 16. & seqq. de V. S. Pac. 4. ἐναντ. 52. Don. 15. comm. 29.* 1. *per l. 6. de cond. furt.* 2. *quia condictio furtiua habet rei persecutionem. l. 7. § f. de cond. furt. l. 54. §. 3. h. t.* conf. *l. 21. §. p. rer. amot. iunct. §. 11. I. h. t. Ergo qui rem furtiuam nunquam habuit vel attigit, neq; iam habet, condictione teneri nequit.* c) *ad §. 11. I. h. vbi etiam D. Borch Alciat. ad d. l. 53. n. 33. & ibi Goth. de V. S.* Mouentur *d. l. 53. §. f. v. sic n. alij l. 4. §. 4. de pecul. Sed aliud hic in casu retentionis. V. D. Gœdd. d. lo.*

24. *Hìc generalem placet inculcare regulam, actionibus etiam ex delicto merã rei persecutionẽ continentibus, heredes in solidũ teneri, licet cum defuncto lis contestata non fuerit.*

arg. §. 1. I. de perpet. & temp. act. l. 35. de O. & A. Ant. Fab. 4. coni. 1. contrà *P. Fab. ad l. 38. de R. I. Cuiac. 7. obs. 17. Dn. Vult. 2. I. R. 6. n. 9. Pistor. p. 1. q. 27. n. 2. & Dd. com.* Mouentur *l. vn. C. ex del. defunct. l. 4. § f. cum 3. ll. seqq. de alien. ind. mut. l. 7. §. 1. depos. l. 7. §. f. cum l. seq. de tribut. act. l. 3. pr. & §. 1. de vi & vi arm. l. 12. §. 1. si quis omissa caus. test. V. Ant. Fab. d. lo. cui adde Pac. ad §. 1. I. de perpet. & temp. act.*

25. *Vnde condictionem furtiuam in heredem furis non in id duntaxat, vt pleriq; existimant, quod ad eum peruenit; sed in solidum dari concludimus.*

1. *Quia rei continet persecutionem. §. f. I. h. l. 7. §. f. de cond. furt. l. 12. C. eo.*

At act. persecutoria aduersus heredem dantur in solidum. §. 1. *I. de perpet. & temp.act.l.35. de O.& A.* 2. Imò *condictione furtiuâ heres tenetur, etsi non possideat vel quicquam ad eum peruenerit. Dn. Ant. Matth.in not.ad d. §.fi. I.h.* 3. *adde c.f.vbi gl.de sepult. A.Fab 4. coni.1. P. Fab.in l.38. n.20. & ad l. 157.§.f.de R.I.VVes.in Par.de cond.furt.n.7.D.Vult.2.I.R.29.n.20. D.Gœdd. d.D.13.th.6.lit.I.* Contra. *Cuiac.7.obs.37. & 13. obs.37. & in Par. C. de cond. furt.* Mouetur. 1. *l.9.§.f.& l.seq. de tut. & rat. distr. quia condictio morte furis intereat &c. v. Accurs.* 2. *nititur l.3. §.p de pecul. Sed alia est ratio patris, alia heredis. conf. l.11. de diuers.temp.præscript. l.11.§.2.de Publ.in rem act. iuncta l.5.de cond.fur.l.58.de R.I.l.1.§.7.de his qui effud.&c.* 3. *l.f C.rer. amot.*iuncta *l.6.§.3.ff.eo.* 4. *arg.l.7.de alien.iud.amit.Rdet. A.Fa.4. coni.1.*

26. *Nec ab eadem regula actionem rerum amotarum excipimus: licet omnes ferè reluctentur.*

1. *Quia actiones ex delicto, quæ rei duntaxat continent persecutionem, in heredes dantur in solidum. l.7.§.f.de cond.furt.§.9.I.de L.Aq. At actio rerum amotarum talis est.arg l.si mulier.21. §.hac actio. 5. rer. amot.* 2. *Eâdem ratione heredes tenentur actione rerum amotarum, quâ condictione furtiuâ. l. 6. §.3.& 4. d.l.21. §.5.ff. de act. rer. amot. At in condictione furtiua tenentur in solidum. l. 7. §. fin. l. 9. de cond. furt. Ergo & in actione rerum amot. Ant. Fab. 4. coni. 1. Pac. in §.1. I. de perpet. & temp. act.* Contra *Cuiac. 7. obs. 37. & 13. obs. 37. D. Vult. 2. I. R. 60.n.9. qui* mouentur *l. 3. §. fi. de act. rer. amot. l.fi.C.eod.* R. *ad d.l. fi. ex d.l.9. ibi: dum soli heredes sumus. & l. 3. §. heres. commod. l. 9. iunct. l. 1. §. fi. de vi & vi arm. Disting: aut est vnus heres, aut plures.* Priori *casu heres tenetur in solidum condict. furt. & act. rer.amot. d.l.9. d. l.6. §. 3.* Posteriori, *res amota vel furtiua aut omninò ad illos non peruenit; aut pro æquis portionibus peruenit: Et tum singuli heredes non in solidum; sed pro ratâ parte, pro quâ heredes sunt, tenentur: (tamen omnes simul in solidum tenentur, quamuis nihil ad eos peruenisse proponant.) Si autem ad aliquos tantum peruenerit, vel si ad alium plus, ad alium minus, tum vnumquemq; pro ea parte, quæ ad eum peruenit, teneri rescribitur in d. l. fin. C.rer. amot.conf. dd. ll.* 3. *Quod dicitur in d.l.3.§.fin.rer.amot.singulare est in patre, cuius causa aliàs semper fauorabilis esse solet. v. A.Fab.d.lo.*

27. *Porrò* HODIE *furti plerunq; agitur criminaliter: & ex receptâ passim consuetudine fur, qui vltra quinq; solidos*

furto

furto subtraxit, laqueo A) suffocatur B); qui minus, moribus nostris fustigatur vel relegatione coërcetur C).

a) Cuius pœnæ malè vulgò authorem ferunt Imp. Fridericum. *arg. rubr. c. vn. de pac. ten. in vsib. feud. lib. 2. t. 27. Quia Frid. constit. loquitur de turbatoribus pacis publicæ, atq; sic de furto, quod cum pacis violatione coniunctum est,* wann man einem das seine mit gewalt entwendet / *quæ hac ratione ad fures nec manifestos trahi nequit.* Adde *§. 3. ibid. VVes. in Par. h. nu. fin. Menoch. d. cas. 295. nu. 13. Gomez. 3. resol. 5. nu. 4. Vasq. illustr. contr. 48. Couarr. 2. resol. 9. nu. 7. D. Borch. de pact. 2. diuis. 2. nu. 14. Bodin. 6. de Repub. c. fi. & Dd. comm. in §. fi. in vsib feud. 2. tit. 27.* P. H. O. *Carol. V. art. 157.* *b)* An ergo furtum ex Friderici Barbarossæ & Caroli V. constit. art. 162. est delictum publicum effectum? R. *Licet pœna executio sit publica, & vltimo vindicetur iudicio; non propterea delictum publ. esse putat Dn. Gœdd. arg. l. fi. C. h. t. l. fi. de iniur. v. Dd. ad §. 10. I. de iniur.* At vocab. Halßgericht / *contr. videtur innuere? Sed hæc vox respondet vocab. latino (publicum iudic.) quod commune est cùm publicis iudicijs, tùm priuatis & extraordinarijs, quoties animaduersio publica desideratur. Gobler. ad constit. Carol. V. ex Bostio.* conf. *VVes. in Par. h. num 15.* *c) v. Dd. dd. loc.*

28. *Et puniuntur hisce pœnis, etiamsi semel tantum furati sint A), modo si criminaliter agatur furtum quinq; solidos B) excedat.*

a) P. H. O. *art. 160. & seq. d. c. vn. §. fin. Bald. in auth. sed nouo iure. C. de seru. fugit. Aretin. in §. 18. I. de act.* Diss. *post ali. Clar. d. lo. n. 9. v. sed num pro vno. Gomez. 3. resol. 5. & ibi Soar. lit. d. Roland. à Valle 1. consil. 51. circa fin.* De iure Nouell. secus esse testatur *Dn. Gœdd. d. D. 13. lit. d. per N. 134. c. fi. pr. Vnde desumpta est d. auth. sed nouo iure. v.* P. H. O. *d. lo. Cou. 2. var. 10. n. 2. in f.* Nemo post 3. furta rectè publ. latro dicitur. *arg. d. Nou. 134. c. fin. licet quidam contradicant, Gœdd. d. loc.* *b) iuxta estimationem communem, non affectionem singularem l. 33. ad L. Aq.* Eos autem ad aureos reuocamus *l. 5. §. 6. de his qui deiec. vel effud. iuncto §. 3. I. h. VVes. n. 15.* Conf. *D. Borch. in tr. de pact. c. 2. diu. 2. num. 14.*

29. *Quid si furtum fuerit seditiosum? Illud siue quinq; so-*

lidos excedat, siue non, mas iubetur suspendi, fœmina verò aquâ extingui.

In P. H. O. *art. 159. vbi ita disting.* Wenn er zum Diebstal gestiegen/ gebrochen/ oder mit Waffen jemand vberlauffen hat / *etc.* conf. *l. 1. §. 2. de effract. l. 7. pr. de extr. crim. d. c. vn. §. fin. de pace ten. Cæpol. in d. auth. sed nouo iure. n. 38. Bodin. d. c. vlt. D. Gœdd. d. th. 7. lit. e.*

30. *Furem tàm nocturnum; quàm diurnum, nisi ei dominus vel possessor parcere sine periculo suo non potuerit, occidere haud licet impunè* A). *Quadantenus igitur recessum à L. 12. tab. quâ nocturnum omninò, diurnum, si se telo defenderet, occidere permittebatur* B).

a) l. 9. vbi gl. de Sic. l. 5. ad L. Aquil. l. 54. §. 2. h. t. l. 7. §. 1. quod met. cau. Pet. Fab. ad l. 90. nu. 4. de R. I. Zoar. in l. 3. p. 1. num. 43. & p. 2. nu. 5. & seqq. de iust. & iure, & ibi Ias. nu. 23. Conf. *Cuiac. ad d. l. 7. & 11. obser. 27. & 14. obs. 15. & 19. obs. 12. Dn. Borch. in tract. de pact. d. diu. 2. nu. 12. Clar. d. loc. num. 17. & §. homicidium. num. 47. Forcat. dial. 96. num. 6. b) l. 4. §. 1. ad L. Aquil. l. 1. C. quando lic. vn. sine iud. c. 3. in fin. extr. de homic.* Conf. *Exod. 22. vers. 1. & seqq. Cuiac. 14. obser. 15. in fin. Alth. d. c. 50. Hermenop. 6. prompt. iur. ciuil. 5. gl. ad d. l. 7. Agel. 11. noct. Att. 18. Dn. Gœdd. d. th. 7.*

31. *Quamuis tempore famis, vel aliâs necessitatis* A), *furari minimè liceat* B): *attamen à pœna crucis, vtpote morte informi, fœda ac infami* C), *eiusmodi necessitatem quem excusari, æquius & humanius est* D).

a) qua in omni actu dicitur excepta l. fi. C. de patr. qui fil. suos distr. l. 1. de offic. eius cui mand. est iurisd. arg. l. 40. §. 1. ad L. Aquil. Gothof. ad l. 1. h. t. lit. L. b) quæ enim ad resoluendum ius naturæ excogitari potest necessitas? *c. 3. h. t. gl. in c. 16. dist. 5. de consecrat. Surdus. de aliment. t. 8. priuil. 39. Tiraq. de pœn. caus. 33. c) Sic appellatur in c. 39. distinct. 13. de pœnit. & à Bald. in l. 2. ff. de nouat. & in rubr. de offic. deleg. d) d. c. 3. vbi Canonista h. t. d. c. 16. Prouerb. 6. vers. 35. Clar. d. lo. n. 24. Cagnol. in l. 162. nu. 3. de R. I.* P. H. O. *art. 166.*

32. *Vn-*

32. *Vnde Dd. concertatio, an si rursum Crœsi rotâ euectus ad pinguiorem peruenerit fortunam, compellatur ad precij refusionem? Affirmamus.*

Cta in d.c. 3. h 1. & ibid. communem testatur Marian. Dn. Gœdd. d. D. 13. th. 8. lit. C. Contra *Clar. d. lo. num. 25. & ibid. alleg. Consentit S. scriptura d. Prou. 6. v 36.*

33. *Quid si fur ad mortem laquei condemnatus, rupto eo viuus seu incolumis decidat in terram? Eum nullo iure à pœnâ liberari dicemus.*

1. *Quia sententia suum deb. : sortiri effectum. l. 65. de furt. l. 6. §. 1. qui not. infam. l. 10. §. 1. l. 29. ff. de pœn.* 2. *Quia nondum pœnam persoluit, ac proinde pro absoluto non habebitur. l. 7. de iur. patr.* P. H. O. *art. 172.* 3. *Quia Reipublicæ interest, ne delicta maneant impunita. l. 51. §. 2. ad L. Aquil.* 4 *Et pœnas ob maleficia solui ratio suadet. l. 70. §. 5. de fideiuss. Cùm Deo nulla pinguior victima mactari posit, quàm homo sceleratus, vt ex Seneca refert Paul. de Castr. in l. 3. C. de Episc. audient.* 5 *Quoniam solius principis est remittere pœnam. l. 27. de pœn. vid. l. 51. vers. quod si quis. ad L. Aquil. l. 13. de offic. præsid. Deut. 19. vers. 19. & c. 13. vers. 10.* 6 *Imò quandoq; per incantationes miracula fieri, tradit Bald. in c. 52. de test. Muscorn. in tr. de iurisd. n. 93. Clar. post al. 5. sent. §. fin. quæst. 98. num. 9. Cagn. in l. 168. de R. I.* Diss *Luc. de Penna in l. 1. C. de desert. & occult. VVesemb. in parat. ff. de pœn. nu. 9. Carer. in pract. crim. de homic. fol. 483. num. 9. Gomez. 3. resol. 13 nu. 37. in fi. Alciat. reg. 3. præsump. 44.* Quid si protestatus fuisset de innocentia? *In dubio illud miraculosè factum credit Alciat. d. loc. Verùm nemo per præsumptiones condemnabitur; sed clarè de delicto morte digno constabit. per vulgar.*

34 *Nec illam probamus consuetudinem, quâ passim receptum, vt capitali supplicio damnatus, si à puella vel meretrice quadam petatur in matrimonium, à pœna liberetur.*

1. *argum. l. 27. de pœn. l. 3. C. de episc. aud. l. 8. in fin. C. de vi publ. & priuat. L. 51. §. 2. ad L. Aquil. Leuit. 19. vers. 15. 1. Reg. 15. vers. 9. Deut. 25. vers. 1. 2. Hâc enim spe vilibus ac scelerosis hominibus suffultis semper delinquen-*

linquendi occasio daretur, quàm bonus legislator non minus remouere debet, quam ipsa delicta. argum. §.1. & 8. vers. vnde illud. I. de oblig. quæ ex del. nasc. Tiraq. in tractat. de pœn. causa 65. Diss. *Zoar. in addit. ad Gomez. 3. var. resol. 13. num. 37. lit. M.* Et contrar. multis in locis obseruari testatur. *Clar. d. §. fin. quæst. 98. num. 6.* Quod tamen haud parit patrocinium errori. *l. 12. de offic. præs.* adde *rationes in th. præced. all. Schneid. ad rubr. I. h. num. 3.*

35. *Sequitur de* RAPINA *A) bonorum B), quam definimus C) contrectationem rei alienæ mobilis, eius vsus, possessionisue lucri faciendi causâ, per vim D) & dolum malum E) factam.*

a) Quæ parum à furto differt; nisi quod illud clandestinè ac simulatâ machinatione fiat: hac autem vi & palàm. §. fin. I. h. l. 80. §. 3. de furt. l. 2. §. 25. de vi bon. rapt. Cuiac. 6. obser. 2. VVesemb. in parat. ff. h. Dn. Gœdd. d. D. 13. th. 9. lit. C. Vnde *etiam raptor fur atrocior, improbior & manifestus appellatur. l. 4. ne quis eum qui in ius &c. d. l. 80. §. 3. l. 1. & 2. h. t.*
b) liberorum enim hominum raptus rapina non est; *cùm quod propter hunc furti actio non detur. l. 39. de furt. tum quòd in iudicium publicum incidat, l. vn. C. de rapt. virg. §. 8. I. de pub. iud. l. 1. in fin. C. de plag. & quandoq; extra ordinem puniatur. l. 1. de extraord. crim.* *c)* vt cum Paulo & Iustin. imitemur furti definitionem. *d)* siue illa vis sit publica vel priuata nihil interest. *l. 2. in princ. §. 1. h. t.* modo sit ablatiua, *hoc est, è manu & possessione vsuq; alterius quid eripiens & surripiens. d. l. 4. vbi gloss. & Dd. ad l. 13. quod met. caus.* *e) l. 52. §. fin. l. 53. l. 80. §. 3. 4. de furt. Is igitur qui rem alienam esse ignorat, vel eo animo à possessore rapuit, vt domino restituat, hac actione, haud tenebitur. §. 2. I. h. t. l. 2. §. 18. ff. eod.* An ergo hic error omninò manebit impunitus? *N. v. §. 1. I. h. t. l. 9. C. vnde vi.* iunct. *l. 2. C. de in ius voc. l. 1. 2. C. quand. lic. vnic. sine iud. l. 10. C. de iud.*

36. *Datur autem actio A) vi bonorum rapt. oībus, quorum interest rem raptam non esse B), contra eum, non solum, qui ipse rapuit damnumq; dedit; sed & qui alium curauit, mandauit, consilium dedit; & dolo malo homines ad rapiendum*

corrum-

corrumpendumq́; colligit, vel ab alio ad rapiendum collectis vtitur, turbationem ac tumultum dolo malo excitat c).

a) Prætoria perſonalis. *l. 1. 2. & ſeqq h. t. pr. I h. Dn. Gœdd. d. D. 13. th. 9. lit. N.* mixta partim rei perſecutoria, partim pœnalis, intra annum vtilem in quadruplum *princ. I. h. d. l. 2. §. 13. eod.* poſt annum in ſimplum. *dd. text.* idq; propter ſupinam hominis negligentiam in integro anno vtili vim illatam non perſequentis. *argum. eor. quæ not. Cuiac. in parat. C. h. & 19. obſer. 12.* Chriſtianum verò Iudæi bona rapientem quocunq; tempore in duplum teneri, *ex conſtit. Honor. & Theod. l. 6. C. de pagan. l. 14. C. de Iudæis.* tradunt *Schneid. ad princ. I. h. Pac. in Epi. iur. I. eod. Cuiac. in parat. C. h. t.* Sed num hoc ex dd. ll. ſatis euinci poſsit, adhuc ambigo. *b) §. fin. I. h. l. 2. §. 22. & ſeqq. ff. eod. c) d. l. 1. & 2. pr. §. 1. §. 4. & ſeq. §. 12. §. 14. §. fi. l. 4. h. t.*

37. *Raptorem pluribus diuexari actionibus* A) *inter Dd. facilè conuenit: An autem actio furti manifeſti in quadruplũ, contra raptorem quoq; competere poſsit, valdè controuertitur? Quod nos contra Dd. vulgò* B) *adſtruimus* C). *Atq; ita fruſtrâ multi multùm laborârunt, cur raptor fure mitius* D) *puniretur: cùm illius pœnam grauiorem eſſe inde ſatis eluceat.*

a) vtputa, vindicatione, condictione furtiuâ, actione L. Aquiliæ. *l. 10. de cond. furt. l. 2. §. 20. & p. h. Cuiac. 6. obſer. 2.* Et conſtit. l. ſi quis in tãtam. C. vnde vi. *Schneid. ad §. 1. num. 3. & ſeqq. I. h. & L. Iul. de vi pub. & priu. d. l. 2. & 3. ad L. Iul. de vi pub. l. 1. §. 1. de vi priu. Bart. & Dd. in l. fin. de priuat. delict.* Deniq; furti nec manifeſti actione, *q̃ cum actione vi bonorum raptorum concurrere concedunt Interpretes; tum quod hac ſola ex L. 12. tab. ob quodcunq; furtum dabatur; tum quòd ea de re ſit textus expreſſus in l. 1. ff. h. t. princ. I. eod. l. 88. l. ſi quis vxori. 52. §. fin. ff. de furt. b) Duar. ff. h. tit. c. 3. Myns. qui ſecutus quoſdam veteres & Eguin. Baronem ad §. fin. I. h. num. 6. 7.* MOVENTVR *l. 1. h. t. l. 88. d. l. 52. v. fin. de furt. quia vbiq; ſolius nec manifeſti furti actionis mentio fiat. c)* 1. *Quia generaliter dicitur raptorem etiam furti teneri, in princ. I. h. t.* 2. *quia ipſa furti nec manifeſti definitio in raptorem competere poteſt. l. 2. §. p. h. Ergo etiam furti manifeſti. d. l. 2. §. 24. ff. h. & dd. ll. Nam in d. l. 52. §. fin. raptor, quem nemo deprehenderit, di-*

rit, di-

rit, distinguitur ab illo, qui deprehensus est, ita vt in illum nec manifesti actio, præter vi bon. rapt. competere dicatur. 3. quia ridiculum esset, aliquo casu leuiorem esse conditionem raptoris, quàm furis, arg. pr. I. h. 4. *arg. l.34. l. 53. l. p. de O. & A.* Conf. *Cuiac. 8. obser. 24. VVesemb. in parat. ff. h. tit* *d) Cùm fur manifestus teneatur in quadruplum merè pœnale. §. fin. I. de furt. Raptor verò intra annum in quadruplum, ita tamen vt simplum insit; post annum solummodo in simplum. pr. I. h. t. l. 2. pr. §. 1. 2. & seqq. ff. eod. & sic est actio mixta. §. 19. I. de act. quia solum triplum pœna est, & reliquum, res ipsa surrepta vel eius precium.*

Coronidis loco videamus, an principes comitesue sui territorij ad refundendum transeuntibus damnum à raptorib⁹ A) illatum, obligentur? Et affirmatiuam, si modo publicam & consuetam ingrediantur viam, promptissimi sequimur B).

a) quales hodiè sunt grassatores isti, *qui hac nostra omnium exulceratissimâ ætate nouo vocabulo ac splendido epitheto, non sine inclutæ nationis Germaniæ (præsertim VVestualiæ) magno dedecore,* Freybeutter *vulgò appellantur, digni sanè omni suppliciorum genere, & publicâ communiq; statuum Imperij vindictâ, teste Gail. de arrest. Imp. c. 9. num. 12.* Non multum differunt ab his, qui per pagos oberrantes rusticorum anseres & gallinas furantur, & quibus nihil est sanctum, qui ne quidem ferendi sunt in Imp. Romano. *V.* die Reichs abschiedt zu Augspurg *de anno 1555.* §. vnd damit angeregte. *b) 1. quia congruit bono & graui præsidi vel principi curare, vt pacata & quieta prouincia sit, quam regit, l. 3. l. 13. de offic. præsid. iunctâ l. 1. §. 2. de his qui effud. vel deiec.* 2. Hinc etiam milites vulgò ein Convoy/ qui bona sibi concredita habent deferenda, si fortè propter petulantiam vel lasciuiam hostem negligendo ea auferri patiantur, ad eorum restitutionem tenebuntur, & meritò carebunt stipendio, donec persoluant, aut id damno æquiualeat. *arg. d. ll. 3. Et hoc etiam in tota Hassia & passim (vtinam vbiuis locorum) ita obseruari videmus.*

COROLLARIA.

I.

Raptus committitur cùm violenter à domo paren-

parentis puella abducitur, vt corrumpatur, vel corrupta vxoris loco habeatur.

c. 2. 36. quæst. 1. iunct. c. si quis virg. 36. quæst. 2. c. fi. de rapt. c. 36. q. 2.

II.

A pœnâ raptus consensum mulieris raptæ haut excusare verius.

l. vn. C. eo. Diss. Soar. in addit. ad Clar. h. §. n. 18. fol. 102.

III.

Quid si stuprum non fuerit subsecutum, eâdemnè tenebitur pœnâ? vtiq;, vel Claro reclamante.

Quia solus raptus, vt crimen per se consummatum & à stupro diuersum punitur, nec illud accidens attenditur. Schneid. ad §. raptus. I. de publ. iud. n. 4. contra *Clar. 5. sent. de rapt. nu. 4. Boër. decis. 316.*

IIII.

Idemné, si meretricem quis rapiat? videbimus.

Conf. d. l. vn. vbi Cuiac. N. 51. §. 1. 2. l. 23. C. de nupt. l. 1. C. de præpos. agent. in reb. &c. Vide Dd. variantes *in l. 29. C. de adult.*

V.

De iure ciuili inter raptam & raptorem nuptiæ prohibitæ sunt *a*: Secus iure canonum *b*.

a) d. l. vn. b) c. p. & fi. extr. de rapt.

VI.

Filum abrumpat quæstio sub disputatione enodanda, an raptor raptam in vxorem ducendo pœnam possit euitare legalem?

ADAMO REINIGIO
amico carissimo
S. D.
FOPPIVS AEZEMA BELGA.

FIgulus humani generis fabricasse θυμοειδῆ
Putatur vnumquemq;, quem volebat
Ardentem tellure animum super astra subleuare
Idoneum de plebe rei gerendæ.
Verùm hodie paucos, ceu condecet, hac benignitate
Videmus vti à lege deuiantes.
Ille truci hunc ignem Marti vouet: hic sacrat Lyæo;
Suisq; tandem concidunt periclis.
Tu bone, quem virtus tua, quem mihi mens aperta laudat,
ADAME, tandem hoc sedulò cauebis.
Et quâ cura vigil te florida templa per Themistos
Scientia pridem vnicè beauit,
Ceu facis, augebis instans melioribus subinde,
Vigentis æui flagitante vere:
Crede mihi, haud humili mens hæc tua destinata curæ
Feretur vsu patriæ perenni.

FINIS.